

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatis, eorumque
Ministerijs - In septem Tractatus distributus ...

**Puente, Luis de la
Coloniæ Agrippinæ, 1629**

Cap. XIV. Reliqua pars Missæ vsq[ue] ad eius finem & gratiarum
actione[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)

baris; docet te, tanquam ignorantem; parcit tibi, tanquam peccatori; & protegat, t^e quam tali subsilio indigente. Et in omnibus tuis necessariis iubus habes hic, quasi adlocutum & misericordem Patrem: qui commiseratione tui motus caput ab eis te liberare. Quare magna cum fiduci dicere ei pos es, ut ab omni te malo liberetur, cum ipse sit fons omnis boni.

CAP V T XIV.

RELIQVA PARS MISSÆ VSQVE AD EIVS FINEM,
Et gratiarum Actionem.



ICTA PRECATIONE DOMINICA, DIVIDIT, SACERDOS Sacram Hostiam; cuius parvam particulam mittit in calicem: in signum, quod in die Resurrectionis Domini coniunctus est Sanguis eius corpori. Et quemadmodum Hostia, quo accidentia panis, est res sicca; imbibens: que accidentia vini humectatur: ita Iustus cum communicat, inuisceratur modo quodam novo, cum Christo; & participat fervorem deuotionis, & amoris, quem vinum significat. Ethoc spiritu facienda est haec cæremonia, ut fructum & utilitatem nobis adferat. Statim postea dicit Sacerdos *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi miserere nobis; Et dona nobis pacem.* Quæ oratio est deuotissima & ad communionem præambula: quam merito etiam dicent circumstantes, propter spiritualem suam communionem, eliciendo actu Fidei circa eam veritatem, quod qui ibi est, sic vere Agnus Dei, & Filius Dei viui: cuius carne & sanguine nutrimur; cuius lana, quæ est eius Charitas, induimur; eumque Parti offerentes, iplum placamus: quia ipse est, qui se in cruce eidem obtulit pro peccatis mundi: sibiique retinuit semper hoc officium, & conseruat Agnus mansuetudinem: ut animum nobis addat, ad pertendam ab eo misericordiam, & pacem. Ter autem repetitur haec oratio: ut discamus, quæm instanter agere apud ipsum Dominum debeamus, quando aliquid, ab eo petimus. Eodem Spiritu accipiens Sacerdos Sacram Hostiam in manu, dicit etiam ter: *Domine non sum dignus &c. & ita confiteretur suam indignitatem, ad suscipiendum tantum Dominum: simul tamen eiusdem Domini conficeretur Omnipotentiam, cum ait, tantum dic verbo; Et sanabitur anima mea.* in cuius orationis affectu fructus consistit Communionis spiritualis: quod videlicet in eo, quod euenit Centurioni: qui primus haec verba dixit Christo, offerenti se ire ad eius dominum: ut puerum eius sanaret;

1.
*Communi-
onis fru-
tus.*

2.
*Ad Agnus
Dei, quos a
Eius elicere
oponeat.*

3.
*Item, Domi-
ne non sum
dignus.*

a. Mat. 8.7.

Lus. 7. 6.

sanaret; ceius fidē & fiduciā vidēs, Christus dixit: vade, & sicut credidisti tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Hunc in modum qui Missa inter simul cum Sacerdote verba illa dicere debet: exercendo actus Fidei, Spes & Charitatis; valde optando, hunc Dominum ingenti cum amore excepto attendendo ad infinitam eius bonitatem; & ingens bonum, quod ex hospite in domum suam excepto, sibi pouniet; ex alteratamen parte se contrahendo, & humiliando, agnoscens propriam indignitatem & uitatem. Et quasi medium quoddam accipiat, ad simul exhibendam datum tantæ maiestati reverentiam, & propriæ necessitatì prospiciendo accedit Spes, dicens ipsi Domino: Dic tantum verbo, & sanabitur anima nam quod te ipsa accedens sub tectum meum perficeres, verbo idem posse stare poteris. Et ita sicut Christus Dominus noster non intrans in domum Centurionis, contulit eius puerō integrā sanitatem: atque si vere filius ingressus: ita enenire potest, ut tanto Spiritu feroce hanc facias Spiritualē communionē: ut tantum gratia augmentum promerearis, quantum ipse Sacerdos recipit ex communione Sacramentali: propter quod tamen, si ille similem haberet dispositionem, copiosiorem recipere posset.

Tres considerationes ad communem sui affectibus.

EX HIS omnibus deducitur, tres considerationes facere Communionem Spiritualem cum affectibus ab eis prouidentibus. *Prima* consideratio est, magnitudinis & amplitudinis Christi Domini nostri, quæ est Deus & homo, Redemptor, ac benefactor noster, a diuinitate feruentibus desiderijs eum recipiendi: ut cum ipsius spiritu nostrum coniungamus. *Secunda*, est innumerabilium nostrarum misericordiarum: ob quas supremo hoc neficio Indigni sumus: adhibitis affectibus humilitatis, & reverentiae, excitato in nobis desiderio, ut tales simus, quibus liceat facultatem petere ipsum recipiendi. *Tertia* est, infinitæ liberalitatis, misericordie, & omnipotentie huius Domini, quæ non est Sacramentis alligata, cum non negligimus illa recipere: idoque confidere debemus, posse ipsi nobis, qua via & modo voluerit, subuenire; quod ut faciat, petemus ab eis feruentibus orationibus, nosq; in eius manus cū integra resignatione preijciamus. Et hac ratione paulatim disponitur magis cor nostrum ad recipientum hoc Diuinum Sacramentum, eiusque fructus plenus colligendus. In primæa enim Ecclesia fideles quotidie communicabant in Missa manu Sacerdotis celebrantis, postquam ipse communicauerat: interior cantabatur Psalmus aliquis, cuius loco nunc dicitur versus aliquis aut lectionis, quæ appellatur *Communio*. Et Sanctum Concilium Tridentinum dicit, se optare, morem illum antiquum ita renouari, ut in singulis Missis Fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistia perceptione communicent: quod si id semper fieri non pos-

test expedit certè, ut primum, quod de spirituali communione dictum est, semper fiat.

Aëlio gratiarum.

PRÆCITA Communione, reliqua Missæ pars dirigitur ad gratiarum actionem, & perendum à Deo Domino nostro fructum, bonumq; accepti Sacramenti vsum; & imponitur finis verbo illo: *Deo gratias*, quod bis repetit: semel, cùm Sacerdos dicit: *Ite, Missa est: aut: Benedicamus Domino;* & iterum finito Euangelio Sancti Joannis. Nam (vt SS. Dionysius & Augustinus dicunt) actio gratiarum debet esse finis, & conclusio Sacrificiorum, omniumq; Sacrorum operum: quare etiam Sacerdos, finita Missa, dicit priuatim canticum: *Benedicite omnia opera Domini Domino;* quo inuitat omnes creature coeli & terræ, non solum Angelos, Sacerdotes, & Iustos; sed etiam Solem, Stellas, Elementa, & res insensibiles: vt omnes Deum laudent pro beneficio adè insigni, quo nos afficit; suppleantque debitatem nostram in reddendis gratiis pro dono adè glorioso. Hor facit Sacerdos tanquam publicus Ecclesiæ Minister; tanquam persona ve-^atd priuata decet vt seorsim se colligat ad agendum cum Domino, quem intra se habet: vt tunc expleat consilium Euangelicum Christi Domini dicentis: *acum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito;* qui est in cœlis, & manet etiam intra cor tuum, videns & audiens quid agas: & quod amplius, paratus etiam est te inducere, docere, & auxilium præbere ad orandum, sicut oportet. Meminerit Sacerdos se, cùm communicat in Missa, repræsentare sepulchrum Christi Domini nostri: Et quemadmodum, sepulcro eo, occlulerunt & b munierunt sepulchrum signantes lapidem cum custodibus: ita qui communicat estq; viuu sepulchrum Christi viuentis: statim atque ipsum intra se accepit, debet huius sepulchri portas occludere, & obsignare; suas scilicet facultates & sensus; ne quid ingrediatur, quod ipsius pacem impedit, aut turbet; Sanctoque Angelos oret, vt custodum officio fungantur, repellendo quæcumque ipsum possunt turbare. Et si intra suum sepulchrum, hoc est ad sua interiora ingressus, suas cogitationes, & affectus in eo Domino ponat, quem intra se, non mortuum habet sed viuentem, incipiatq; cum eo agere humiliter & confidenter. Et in primis gratias ex corde agat, ob collatum sibi beneficium, quo talis visitatione indignum visitare ipse dignatus est: deinde proponat ei valde minutim & exactè omnes suas necessitates, vt eas dignetur reparare; & supplex orer, ne illis non reparatis, a se discedat. Tertiò, nouas petat gratias ad ipsum magis diligendum. ei que teruendum. Et super omnia hæc in eius conspectu & cum ipso conque-^cscat cum affectu amoris, gaudij, & complacentie, quasi dicens: *c inueni quem diligit anima mea, tenebo eum nec dimittam.* Etd luctet cum eo, sicut al-

Eccles. Hie
rar. c. 3.
Epist. 59 q. 3

Collectio &
exercituum
Sacerd. post
Missam.
^d Mat. 6. 6.

^b Matth.
27. 66.

^c Cant. 3. 4
^d Genes. 32.
24.

Tons. 4.

Cc

ter ille

ter ille Iacob, donec ipsi benedixerit, & nomen mutauerit, ut vocetur in posterum Irael, quod significat: qui videt Deum, diuinam scilicet faciem per contemplationem quietam & tranquillam: nulla enim est melior occasio, quam hæc: id oque non decet eam preterire. Possunt etiam hanc novati considerationes predictæ pro præparatione, singulis diebus vnum accipiendo; ad eumque Dominum dirigendo, qui prælens adest: ut aliud etiunum ignem in eius præsentia fouant. Et hoc propriè diuina scriptura appellat eruminare, quod proprium est animalium, quæ Lex mundanam putabat. Ruminare enim est eundem cibum dentibus conterendo, qui integrer & crassus fuerat ingestus, secundò comedere. Ideoque qui hunc nem vitæ Sacramentaliter sumpsit: meritò iterum Spiritualiter comedet ruminando, & consideratione comminuendo cibum, quem sumpsit ut maiorem ex eo suavitatem, & utilitatem percipiat. Hoc enim Diuinum Sacramentum est fœtum illud optimum, quod cœlestis sponte dignatus dicit suis dilectis, ad potandum, labiisq; & dentibus illorum ad ruminandum excitando (scilicet molles & pios affectus, sed constantes ratione ad eius admirandam suavitatem degustâdam & penetrâdam. Si idolatri cultores magni que peccatores (ut ait Oseas Propheta) super tritum & num quod comedunt & bibunt, ruminant, ut fœse ex eo oblectent; & Septuaginta interpres vertunt) fœse concidunt, hoc est pungunt & sanguinem extrahunt, sicut hæc sacerdotes Baal (qui incidebant le cultris & lancis, donc perfundentur sanguine) gratias suis idolis agentes, propria panem & vinum, quod putabant se ab ipsis accepisse: multò & quisque Fideles & veros Dei ministros ruminare cœlestem istum panem, & viam & gratias agere tanti beneficij largitori, offerentes ei, si opus erit, sanguinem proprium in gratiarum actionem pro dono adeo precioso.

In eundem finem multam etiam conferunt sententiae quædam: quorum Psalmorum benè perpensa: nominatim, quæ sunt in Psalmi 102 qui sic habet: Benedic anima mea Dominum, & omnia, quæ intra me sunt nomini sancto eius. Cum igitur nunc intra me ipsum sit Salvator: ipse ipsum benedicat, & sanctum nomen suum laudet ob insignia beneficia, quæ mihi largitur. Quæ prosequitur ipse Psalmus, ea exprimitur, quæ sunt effectus huins Sacramenti & Sacrificij, & ita ait: Benedic anima mea Domino: & noli obliuisci omnes retributiones eius. qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis; deinde: sanat omnes infirmitates tuas; Tertio: redimis deuteritum vitam tuam: Quartio: coronat te in misericordia & miserationibus, quibus te vndeque circumdat, & insignes victorias obtinere facit. Ac deinde: replet in bonis desiderium tuum: & renouabitur ut Aquile inuenient uina, & tu spiritus vigor. Pro quibus omnibus beneficijs, Domine, infinitas reddo gratias, supplexque oro, ut larga manu eas mihi applies, quæ semper

e Leui, 11. 3
spiritualis
Euch. rumi
natio.

f Cant. 7. 9

g Osea 7. 9.
Ribera ib.

h 2. Reg. 18.
8.

i Psal. 102. 1.
Effectus
Communio
nis.

temper tibi seruians; & crescente beneficio, animi mei gratitudo etiam crebat. Ad idem spectat initium Psalm. 106. *Confitemini Domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius.* circa quem perpendenda primum est miseria nostra, q[uod] u[er]o ob oculos proponitur cum dicit: *esurientes & sitiens, anima eorum in ipsis defecit:* in omnibus enim rebus temporalibus mitera huius vita, nihil est, quod famem & satim nostram satiate possit; ideoque necesse est nos perire, nisi Deus subueniat. Sed in hoc Diuino Sacramento omnino nos satiat. *Quamobrem: confiteantur Domino misericordia eius: & mirabilia eius filiis hominum.* Quia satiauit animam inanem: *& animam esurientem satiauit bonis:* quod facit in Diuino hoc Sacramento, quod infinitas continet misericordias, & mirabilia, quae omnia ipsum laudant, qui ea fecit, & facit in cōmodum filiorum hominum; qui & ipsi eundem laudent, & benedicant propter accepta ab eo beneficia. Est quoq[ue] aptissimus in eundem finem Psalmus. 115. quem Sacerdos postquam Sacram Hostiam sumpsit, ante quam sumat Calicem dicit. Nam iubilens al quantulum in considerandis bonis, quæ cum sacratissimo Christi corpore accepit: in eam postea sententia magno affectu erumpit: *k Quid ret. ihuam Dom. no pro omnib[us], qua retribuit mihi.* Cū in hoc solo Sacramento omnia contineantur; eō q[uod] sit summum bonum, in quo omnia bona latent. Et sacrum Calicem, accipiens, quasi respondeat sibi interroganti: *Calicem, inquit, salutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.* Sanguinem scilicet preciosissimum, qui in hoc Salutis meæ calice continetur, accipiam, in gratiarum actionem pro innumeris bonis, quæ cum Sanctissimo suo corpore mihi est largitus. Et quoniam cum ipso Sanguine eadem bona recipio, ac propterea est singulariter omnino beneficium: pro utroque laudabo semper sanctum eius nomen, & cupio, ut totus mundus ipsum laudet, ac benedicat: & cum Angelorum Hierarchijs nouum illud canticum canteret in honorem huius Sacrificij, quod eius mortem repræsentat: *I dignus est Agnus, qui occisus est, & qui hic immolatus est) accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam,*

Luc. 7. 6.

k Psalm.
115. 12.

Apoc. 5. 12.

*& fortitudinem, & gloriam, & honorem.**& benedictionem, in secula seculorum, Amen.*